coccyx, ȳgis. *subs. m.* **FORMA** *pl.* cocciges ORIBAS Syn 4.17. **ETYM** *a Graeco* κόκκυξ *'cuculus' commodatum.* [**FREQ** minima **1** indicium **0,06** /d.c.m.] *uocabulum certe technicum,* cuculum *quippe magis quotidianum erat.* ¶ (→*Historia Animalium* 6.6.563ss.) *quamuis Plinius accipitri assimularet, Aristotele quidem hoc negante, cuculum designauit Ps Dosith teste* • *aunque Plinio lo identificara con el azor, cosa que ya había negado Aristóteles, designó el cuco o cuclillo, lo cual está confirmado por el testimonio de* PS DOSITH [**HYPER** accipiter[a] **SIM** →cuculus] 79 PLIN Nat 10.25. Coccyx uidetur ex accipitre fieri, tempore anni figuram mutans, quoniam tunc non apparent reliqui nisi perquam paucis diebus. ipse quoque, modico tempore aestatis uisus, non cernitur postea. 🕮 PS DOSITH Mon 186b. coccyx cullio.

cuius mores notae erat: alienum nidum usurpat ut pullus suus ab aliis nutricatur • *sus costumbres son conocidas: pone en el nido ajeno para que críen otros su polluelo* 79 PLIN Nat 10.26. coccyx ... parit in alienis nidis ... quod sciat se inuisam cunctis auibus. ... 27. educat ergo subditum adulterato feta nido. ille, auidus ex natura, praeripit cibos reliquis pullis, itaque pinguescit et nitidus in se nutricem conuertit.